

cru - ci - fi - xus est. Vi - vat Chris - tus, vi - vat Ie - sus,
 cru - ci - fi - xus est. Vi - vat Chris - tus, vi - vat Ie - sus,

vi - vat Ie - sus, di - lec - tus me - us, vi - vat Ie - sus, di - lec - tus me - us.
 vi - vat Ie - sus, Sal - va - tor me - us, vi - vat Ie - sus, Sal - va - tor me - us.

Stabat Mater

Т.: Якопоне да Тоди (?)
 М.: григ.

1. Sta - bat Ma - ter do - lo - ro - sa
 2. Cu - ius a - ni - mam ge - men - tem,

105

iux - ta cru - cem la - cri - mo - sa, dum pen - de - bat Fi - li - us.
 cont - ri - sta - tam et do - len - tem per - tran - si - vit gla - di - us.

- | | |
|--------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| 3. O quam tristes et afflicta
Fuit illa benedicta
Mater Unigeniti! | 13. Fac me vere tecum flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero. |
| 4. Quae maerebat et dolebat
Pia Mater, cum videbat
Nati poenas incliti. | 14. Iuxta crucem tecum stare
Ac me tibi sociare
In planctu desidero. |
| 5. Quis est homo qui non fleret,
Matrem Christi si videret
In tanto supplicio? | 15. Virgo virginum praeclara,
Mihi iam non sis amara;
Fac me tecum plangere. |
| 6. Quis non posset contristari,
Piam Matrem contemplari
Dolentem cum Filio? | 16. Fac ut portem Christi mortem,
Passionis fac me sortem
Et plagas recolere. |
| 7. Pro peccatis suae gentis
Vidit Iesum in tormentis
Et flagellis subditum. | 17. Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac inebriari
Et cruore Filii. |
| 8. Vidit suum dulcem Natum
Morientem, desolatum,
Cum emisit spiritum. | 18. Flammis urar ne succensus,
Per te, Virgo, sim defensus
In die iudicii. |
| 9. Eia, Mater, fons amoris,
Me sentire vim doloris
Fac, ut tecum lugeam. | 19. Fac me cruce custodiri,
Morte Christi praemuniri,
Confoveri gratia. |
| 10. Fac ut ardeat cor meum
In amando Christum Deum,
Ut sibi complaceam. | 20. Christe, cum sit hinc exire,
Da per Matrem me venire
Ad palmam victoriae. |
| 11. Sancta Mater, istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide. | 21. Quando corpus morietur,
Fac ut animae donetur
Paradisi gloria. |
| 12. Tui Nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati
Poenas mecum divide. | |